

1494. Ultimis aug.

Ex Originali Archiv: Regni

377.

Littere Resignationis Ville nomine
Brzezinki Regi, et Regno, in Di-
strictu Osziacimensi.

71

In nomine Domini amen ad perpetuam
Rei memoriam. Quoniam humani generis
actiones memoria perpetua indigentes, ple-
rumq; ab hominum notitia delabuntur, nisi
scripturarum, seu testium munimine fue-
rint renovata: proinde Nos Joannes Alber-
tus DEI gratia Rex Poloniae, necnon Ter-
rarum Cracoviae, Sandomiriae, Siiradiae, Lan-
cicie, Cuiaviae, Supremus Dux Litvaniae, Rus-
siae, Prussiae, ac Culmenis, Elbingensis, et
Pomeraniae Dux, et Haeres etc. Signifi-
camus tenore presentium, quibus expedit, uni-
versis, Presentibus, et futuris, harum Notitiam
habituris, Quomodo constitutus personaliter
coram nobis, et Consiliarijs nostris, tunc
lateri nostro assidentibus: Nobilis Sigismun-
dus de Brzezinki Terrigena noster de
Terra Osziacimensi non compulsus, non
coactus, nec aliquo devio errore seductus,
Sanus mente, et Corpore existens, Amicorum
Suorum

Suorum salubri fretus consilio, et matu-
ra deliberatione prehabita publice recog-
novit, quia nobis, et nostris Successoribus
legitimis, Regnoq, ac toti Coronae Poloniae
dictam villam Brezinki, in Terra Osuia
cimensi sitam vendidit, et perpetuo ac
irrevocabili titulo resignavit, pro mille
et ducentis florenis hungaricibus puri
auri, veri, et iusti ponderis, venditq, et
serignat, tenore presentium mediante, cum
Omnibus, et singulis redditibus, censibus,
predijs, Arcis, Edificijs, Agris, Pratis, cam-
pis, Silvis, Borris, Jais, Membris, Meri-
tis, Mellificijs Molendinis, aquaticis, Eque-
stribus, et ventilibus, et eorum emolumentis,
Curijs, Piscinis, Piscaturis Angarijs, labo-
ribus, Oneribus, Stationibus, venationibus, Lac-
cibus, fluvijs, fluminibus, aquis, et ea-
rum decursibus, et generaliter cum omni-
bus proventibus, et utilitatibus univ ersis,
quibuscumq, censeantur Norminibus, nihil
pro se, et suis Successoribus legitimis
in eadem Villa penitus relinquendo, atq,
cum Omni Jure dominio, et proprietate,
prout eandem Villam, Solus tenuit et
possedit

Possedit, et ita late longe, et circumferen-
 tialiter, quemadmodum prefata villa ex
 antiquo ab alijs est distincta, et limita-
 ta tenendum, habendum, perpetuo, pacifice,
 et quiete possidendum, utifruendum, dan-
 dum, donandum, vendendum, commutan-
 dum, et in usus nostros proprios, ac
 beneplacitos, quo nobis, aut Successoribus
 nostris legitimis, Regniq; et toti Coronae
 Poloniae nostrae melius videbitur expedire,
 convertendum, et accepta a nobis, pro pre-
 dicta Villa Brzezinki, integra, et totali
 solutione dedit Nobis Intransmissionem in
 Villam prefatam, et debet Nos Successo-
 resq; Nostros legitimos Regnum, et to-
 tam Coronam Nostram Poloniae tueri, et
 intercedere, atq; eandem Villam libera-
 re similiter debet, a qualibet Persona
 Sexus utriusq;, secundum quod ad quamli-
 bet Personam pertinet prescriptio, quam quidem
 venditionem, solutionem per nos factam, et resi-
 gnationem ritte, et rationabiliter coram nobis simi-
 liter factam, ratam, et gratam habens una cum
 Consiliarijs nostris approbandum, et confi-
 rmandum, approbamusq;, et confirmamus per
 presentes

per presentes, decernentes eam robur firmi-
tatis perpetue obtinere presentibus literis
Nostris, quibus sigillum nostrum intertestimonium
est appensum. Actum Cracovia feria quor-
ta post festum Sancti Barthomei Apostoli,
Annò Domini Millesimò, quadringentesimò,
nonagesimò quarto, Regni vero nostri Annò
Secundò. Presentibus Rdo Patre Domino
Andrea Rosa Archiepiscopo Leopoldensi, Nec
non Magnificis, et Generosis Petro de
Curozwanki Thesaurario Regni, et Capi-
taneo Cracoviensi, Petro Kmitha de
Wisznice Regni Nostris Marsalo Se-
pulensi, et Sandeensi Capitaneo, Petro
Myszkowski Vielunensi Castellano, Iavissio
de Borzischewicze Succamerario Chelment,
Joanne de Tharnow Dapifero Cracoviensi
Ceterisq; Dignitarijs, Consiliarijs, et Curicibus
Nostris, fide dignis testibus. Datum vero per manus
Venerabilis Gregorij de Lubranz Regni vice Can-
cellarij, sincerè Nobis Dilecti.

Georgius vice Relatus Ejusdem Venerabilis
Cancelli. subscrip Gregorij de Lubranz Regni
sit Colonie vice Can-
cellarij

Ta Kopia wyspisana jest
z Originadu pergaminowego,
R= 1785 M: Jul: 29. uktò:
reçu zawieszona jest naszymu jed-
wabnym pieczęci jedna.